Universitätsbibliothek Paderborn

# Lauacrum conciencie omnibus sacerdotibus perutile

Jacobus <de Gruytrode>

[Leipzig], 1495

Quartus gladius

urn:nbn:de:hbz:466:1-30750

Ducitur in medio armatoꝝ quos ante ⁊ retro a dextris ⁊
a ſiniſtris habebat iterū ꝓpter ꝑl'i cōis metū quē ſummus
pōtifex ⁊ alij iudei timebāt pl' ꝙ̃ filium dei omnipotentis
quē vinctū ⁊ ligatū ducebāt Hic ↄtemplare an chriſt' ſuā
meſtiſſimā matrez quā ſciuit ibi ī doloribꝰ maximis ſtatez
reſpexit aut ei locutꝰ fuerit. Et vere eſtimo ꝙ nō. Vultū em̄
ſuum illa tota nocte iudeorum ſputis maculatum ſe oſten
dere nolebat. ne ei dolorem augmentaretur. Et ideo creden
dum eſt vultum ſuum ad aliam partem auertiſſe. Quod
vtiqz ei non fuit ſine dolore.

## ¶ Quartus Gladius

Quartū gladiū doloris meſtiſſima mater Maria
accepit dū ſcḋm Euāgeliſtā iuxta crucē ſtetit. Ma
ture em̄ conſilio ↄcepto dicebat Maria in corde
ſuo. Stabo ⁊ exſpectabo ſententiā quā Pilatus
feret in dilectum vnigenitū meū. Sequar a tergo egredien
tē de iheruſalem aſpiciā lachrimoſis oculis quo ducat᷑. quō
expolieť. quomō manus ⁊ pedes eius perforentur. ⁊ quō in
ligno erigatur ⁊ cum peractum fuerit amplius nō appro
pinquātes ꝓcul ſteterint tanꝙ̃ maledictō ei in cruce pendē
ti tunc ego ꝓpius accedā ⁊ ſtabo iuxta filij mei crucem Et
quia mihi cū eo mori nō licet figam tamē oculos filio meo
in ſuſpenſo. ⁊ aſpiciam quomodo de hoc ſeculo exeat. quo=
niā ſola vtiqz noui quō in hunc mundū intrauerat. non de
ſeram morientē quem nunꝙ̃ dereliqui viuentem. Hic ſta et
cōtemplare in cordis tui dolore et dic. O mūdi dn̄a quid hic
ſtas quid hic agis. quis te huc adduxit. quid tibi ⁊ patibu=
lo. Quis vnꝙ̃ te reginam celi ⁊ angeloꝝ. ⁊ dn̄am mundi
eſſe hic cognouiſſet. Aut quis preſumere vel cogitare auſus
fuiſſet. ꝙ hec iuxta patibulum ſtaret. an habes aliquid ī pa
tibulo qḋ debes aſpicere vel cui merito debes ſocietatē exhi
re. Et ipa vtiqz habeo. Et quid eſt hoc obſecro. habeo certe
ibi omne ſolaciū meū. videlicz filiū meū vnigenitū ⁊ dn̄um

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

meū Jheſum chriſtū. Eia imo amātiſſima dn̄a in cruce cū
filio tuo ſtetiſti. Ipſe em̄ in corpe ſuo vulnera habuit. Tu
autem in aīa habuiſti omnia vulnera eiꝰ vnita Ibi domi
na mūdi cor tuū eſt lāceatum ibi clauatum. ibi ſpinis coro
natū. ibi illuſum et ex ꝓbratum. ibi aceto ⁊ felle potatum O
dolores inexplicabiles. O ineffabilē ſcti amoris reciprocati
onē. Nam filiꝰ valde paciebatur. ⁊ mater eius nimis ꝯpa=
ciebat. Ubi adimpletū eſt qđ in eccleſiaſtico ſcribitur. Ad
locum vnde exeunt flumīa reuertentur. ⁊ iterū fluāt. O ma
terna viſcera quāta fuit inter vos ꝯmotio cū extenderetur
illa ſacratiſſima caro que īter vos taz dulciter fuit cōpacta
cum etiam ad ſolam mortis ymaginatōnem viſcera ma=
tris illiꝰ cuius filium Salomon ſcindi iuſſerat. cōtremue=
runt vt exclamaret puerum integrum debere ſeruari. ⁊ po
tiꝰ alteri que mater eiꝰ nō fuerit iuſſit dari. qꝛ cōmota ſūt
viſcera illiꝰ ſuper filio ſuo. Tu aūt ſi clamares in celum vt
integer ſeruaretur filius tuus amantiſſimꝰ quid ꝓfeciſſet
cum vniuerſi in eū deſeuiſſent. O meſtiſſima mater cogita
cum olim in nuptijs rogaſti vt de aqua vinū faceret. ipſe
reſpondit tibi. O mulier quid mihi ⁊ tibi eſt non dum venit
hora mea vt tibi oſtendam quid ad te habeā. vz illā huma
nitatez in qua tantū patitur habet a te. Conſidera diligen=
ter an iſta fecerit in nupcijs vinū ex aqua. vere nō. ſed latet
anguis ſub herbis. id eſt diuinitas ſub humāitate. que pa=
ti non poteſt. hec fecit ex aqua vinū in nupcijs. Hanc aūt
carnis infirmitatē in qua filius dei ⁊ tuꝰ patitur ſibi dediſti.
merito ergo compateris ei. Hic contemplare quō duo dolo
res pugnauerūt in corde meſtiſſime matris Marie. Primꝰ
erat quem habuit in filij ſui morte. Secundꝰ dolor quē ha
buit de tociꝰ hūani generis ꝑditōe et dyabolica captiuita
te in qua totū genꝰ humanū fuit captiuū. Ita ꝙ ſuperabat
dolorem quem habuit de filij ſui turpiſſima morte. Unde
dicere poterat illđ apli. Mihi viuere chriſtꝰ eſt et mori lu=

erum. Ac ſi diceret. Vita filij mei eſt vita cordis mei. Mors
ſua eſt lucrum humani generis. quia liberator a captiuita
te dyabolica ⁊ a morte ſempiterna. Qua ꝓpter merito redi
ligere debem⁹ Chriſtū dominuz ⁊ deū noſtrum quia plus
dilexit nos q̄ȝ ſeipm̄. quia ſe voluntarie pro nobis in mortē
obtulit vt ſecum viueremus⁹ ineternū Merito etiam dilige=
re tenemur Mariam matrem eius ⁊ noſtram qꝛ plus dile
xit nos et noſtrā ſalutem q̄ȝ proprium filiū Jeſum chriſtū
deū ⁊ dominuz noſtrum. quia nuſq̄ȝ legim⁹ ꝙ ei nunq̄ȝ de
ſuaſerit ne ꝓ nobis moreretur quāuis vtiqȝ preſciret veriſſi
me eam oportere multa pati in filij ipſius morte. O infelix
vtiqȝ homo et eterna dānatōne dignus qui nō reamat vſ=
qȝ ad mortem etiā incluſiue. tales qui ipſum plus q̄ȝ ſeipſos
dilexierunt. Vt eſt Jeſus chriſtus de⁹ noſter et ei⁹ amantiſ
ſima mater. Sed hec omnes martires vtriuſqȝ ſexus fece=
rūt. qui ſe libētiſſime mira caritate ad diuerſas pēas ⁊ mor
tez amarā ꝓ chriſti noīe ⁊ eius fide ⁊ honore reddiderunt et
ideo nunc in celeſti patria p̄mia eterna ſecum poſſiderūt.

¶ Quintus Gladius

Quintum doloris gladium tunc mater ſenſit. quā
do filij ſui corpus mortuuz de cruce poſitum fuit.
Et tanquā vile cadauer tractatū. licȝ ꝓpter deita
tem chriſti ipi corpi vnitam in veritate cadauer
nō fuit. Joſeph aūt mercat⁹ eſt ſyndonē quā ſup terraz ex
pandit et corpus mortuū de ſup poſuit. O meſtiſſima mater
que tuo materno amore ipm̄ cernebas. et faciē eius lachri=
mis rigabas ⁊ recētia vulnera frequētib⁹ oſculis ligebas Ju
ſtam et ſctām faciem ſuā ſepi⁹ inter manus tuas accipiēs
Sed heu vidiſti ꝙ vita omniū viuētiū horribile morte ma
nib⁹ pedib⁹ et latere ꝑforatis et totus in corpore laceratus
coram te ꝓpria morte miſerabiliter iacebat. imo amirarer
ꝙ cūcti angeli qui p̄ſentes tūc fuerunt nō flerent cum crea
torem et deuz eoꝝ coram ꝓpria matre tam miſerabiliter in